

05

A

2472





^{I. N. 9.}
IN PRIOREM S. PAULI
AD CORINTHIOS

EPISTOLAM
DISPUTATIO PUBLICA III.

EXHIBENS
ANNOTATA AD CAP. II.
PRÆSIDE

Theologo incomparabili,

VIRO

Summè Reverendo, Magnifico, Excellentissimo

DN. ABRAHAMO CALOVI

SS. Theol. Doctore consummatissimo, ejusdemq; in Ca-
drâ Lutheri Professore Publico Primario celeberrimo, Ecclesiæ Wit-
genſis Pastore vigilantissimo, Consistorii Ecclesiastici Adsesore
gravissimo, nec non Circuli Electoralis Saxonici Superin-
tendente generali longè meritissimo,

*D. N. Patrono, Præceptore ac Promotore, Hospite item ac Evergetâ
summo observantia cultu æternum colendisimo,*

RESPONDENTE

MARTINO BERTHOLDO Zitt. Lusato

SS. Theol. Studioſo,

WITTEBERGÆ

IN ACROATERIO MAJORI AD P. 8. MAJÏ

Anno cl. DC. LXXIII.

habenda.

Typis MICHAELIS MEYERI.

INCLUTI PROTO-SYNEDRII
ELECTORALIS SAXONICI

LUSTRISSIMO DN. PRÆSIDI

DN. SUO GRATIOSISSIMO,

Nec Non

MAGNIFICIS, SUMME REVE-
RENDIS, EXCELLENTISSIMIS

N. ADSESSORIBUS

DN. MAECENATIBUS, PATRONIS ET PROMO-
TORIBUS OPTIMIS MAXIMIS

CUM FELICITATIS EXOPTATÆ COM-
PRECATIONE, ET HUMILLIMA STUDIORUM
SUORUM COMMENDATIONE



DICAT, CONSECRAT,
OFFERT

05 A 2472

MARTINUS BERTHOLDUS
Zittavia Lusatus.

EXIMIO AC PRÆSTANTISSIMO,
DN. MARTINO BERTHOLDO

Zittaviensi Lusato
Publicè contrà HUG. GROTIUM
Disputaturo.

Non satis id quondam fuerat describere dextrè
In veteri, propriâ, fœdere plura manu:
Nec satis hocce fuit, prælo descripta fideli
Prodirent quævis invigilare probè.
Aggressus MARTINE Novi quoq; Fœderis Acta,
Et Movomosaq; Stamina texta sacri.
Quin etiam tentas PAULLI Debita tueri
Dogmata, proq; illis bella subire sacra.
Gratulor hos ausus, Colophonem spondeo faustum,
Insignis Studii præmia grata precor.


Domestico & amanuensi suo ultra
integrum lustrum fideli
gratulabatur

Abraham Calovius, D.

Quæ Batavus Veteri corrupit Codice Tarpâ
Assera magno vindici CALOVIO,
Hæc studio correctâ tuo atq; revisa labore
Vidère lucem nuper ingenti bono.
Nunc ipse in doctam pariter descendis arenam,
Viresq; jungis maximo tuas Viro:
Atq; Novum contra Grotii mendacia Fœdus
Umbone tanti vindicas sub Præsidis.
Maecte! ô maecte pio meritò celebrande labore!
Quis vota, plausus, omina, & preces neget?

In honorem DN. RESP. adjecte

SAM. BENED. CARPZOVIVS,
Poës. Prof. Publ.





I. N. J.

ANNOTATA

AD

CAPUT II.

EPISTOLÆ I. AD CORINTH.

Argumentum & Partitio.

DISPUT. III.
PUBLICA
RESPON-
DENTE
MARTI-
NO BER-
THOLDO,
Zittaviâ
Lusato.

Exemplum sistit sese Apostolus, quod & cur non sublimibus verbis, & sublimi scientiâ prædicârit Corinthiis, sed Christum crucifixum citra verborû pompam annunciârit: in quo tamen veram sapientiam, incognitam sapientibus mundi, qui aliâs Dominum gloriæ non crucifixissent, at ordinatam à Deo ad salutem, consiliter docet; quam revelârit Deus per Spiritum omnia scrutantem, verba etiam, quibus illa proponenda, sufficientem: siquidem animalis homo ea quæ sunt Spiritus Dei planè non intelligat, nec cognoscere possit.

Argumentum

Partes capituli duæ sunt: Prima τὸ πῶς παιδείας Apostolicae, seu modum docendi Evangelium, quæ verba & quæ rem, exhibet, usq; ad vers. 6. Altera sapientiam Verbi Crucis adserit, eamq; à sapientiâ mundi distingvit, usq; ad finem, v. 16.

Partes.

P A R S I.

Modus docendi Apostolicus.

v. 1. καὶ γὰρ ἔλθων πρὸς ὑμᾶς ἀδελφοί.

Hoc dicit: mea quoq; loquendi & agendi ratio congruit isti Dei ministerio, tum apud alios, tum apud vos maximè.

ἦλθον ἑκαστὸν ὑπεροχὴν λόγου

Non erat Paulus indisertus: sed in Græciâ multi erant disertiores,

A

S,



ANNOTATA ANTI-GROTIANA

60 flores, qui ad naturæ opes artis adminicula & longum usum adje-
 60 cerant: ideò dicit ὑπερῆχην, id est ἡ σοφίας.

60 Eruditus quidem erat Paulus in lege & scriptis interpretum:
 60 at non æquè in Philosophiâ illâ Græcanicâ.

60 καταλέγων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τῶ Θεῷ
 60 Evangelium quod suprâ I. 6. μαρτύριον τῶ Χριστῷ. DEUS
 60 quippe per Christum voluntatem suam nobis testatam fecit. In
 60 Manuscripto est τὸ μυστήριον τῶ Θεῷ. Vide Rom. XVI. 25. & sic
 60 habuit Codex quo usus est Ambrosius, & is quo usus Syrus.

Non defuisse sibi ὑπερῆχην λόγῳ, ἢ σοφίας, sed non adhibi-
 tam à se fuisse in docendo Evangelio docet Apostolus: nam nec
 eam quam habuit eloquentiam, eamq; sapientiam adhibere vo-
 luit, sed tum simplici sermone usus est, tum verò ea tradidit, quæ
 à sapientiâ mundanâ maximoperè aliena sunt, idq; suggerente
 Spiritu S. qui εὐμα καὶ σοφίαν Apostolis dedit Luc. XXI. 25. ut lo-
 qverentur, καὶ ὡς ἐδίδοκ τὸ πνεῦμα ἀποφθεύεσθαι Act. II. 4. Conf.
 2. Cor. XII. 7. seqq. 2. Petr. III. 15. An autem eloquentius & sapientius
 testimonium Dei tradere, quod ad propriam attinet facultatem,
 potuerit Paulus, superflue fortassis quæritur: quis Apostoli non
 prout ipsi vel sapientes, vel facundi erant, sed ex inspiratione divi-
 nâ loquebantur, quicquid loquebantur, 2. Petr. I. 21. 2. Tim. III. 15.
 Ideò S. Chrysost. Quid, dic quæso, si voluisses venire in sublimitate, po-
 tuissesne? Ego quidem si voluisssem, non potuisssem, Christus autem si volu-
 issset, potuisset, sed noluit, ut fieret trophæum præclarium. Non ergò lin-
 guæ, inquit, ostentans facundiam, neq; externis armatus rationibus an-
 nuncio Dei testimonium.

60 Ὡ. 2. 8. ἡ ἐκείνη.
 60 Non magni feci, ut Roman. XIV. 5.

60 τῶ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν εἰ μὴ ἰησοῦν χριστόν.
 60 Nosse verba legis, & traditiones, linguas aliquas, legisse eti-
 60 am vestros poëtas. Frequens est nostris scriptoribus τῶ præpone-
 60 re infinitivo, ubi alii ponerent τὸ ἐν ὑμῖν id est ὡν ἐν ὑμῖν cum a-
 60 pud vos viverem.

καὶ τῶ ἔργον ἐπιτεταμένον.

Et

AD I. COR. CAP. II.

Et quidem crucifixum, id est cujus exemplum in omnibus malis Evangelii causâ perferendis scirem mihi esse sequendum. Sic sumendum ostendant sequentia.

V. 3. καὶ ἐγὼ ἐν ἀδυναμίᾳ, καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενήμην πρὸς ὑμᾶς.

καὶ hîc est pro nam: ἀδυναμία hîc est dolor ex rebus adversis, ut diximus Rom. II. 26. Metus & ille timor pericula significant, cum ab Judæis vi ad tribunal tractus fuit Paulus, Sosthenes pulsatus, Paulus ipse coactus discedere, quæ habes Act. XVIII. φόβος & τρόμος, sæpè jungi solent ἀυξήσεως causâ, ut Ps. II. 11. in Græco. 2. Cor. VII. 15. Eph. VI. 5. Phil. II. 12. πρὸς ὑμᾶς, id est, παρ' ὑμῶν. Vide Joh. I. 2.

V. 4. ἡ κρισιμὰ ἰατρικῆς ἀποστολῆς, à quo temere haud discedendum, non est magnifici sed judicavi: nec comparat Apostolus legis verba, nedam traditiones, aut linguas, aut Poëtarum dicta, sed simpliciter exprimit objectum præconii sui Evangelici, quod est Jesus Christus, isq; crucifixus: quod nempe de personâ & officio Christi, ac maximè de crucifixione & morte ejusdem salutiferâ ipsis prædicavit, inq; eo solidam & summam sapientiam locavit: quemadmodum & Gal. VI. 14. protestatus est: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: & sub finem cap. præced. monuit: qui vult gloriari, glorietur in Domino: ac verbum crucis summam sapientiam esse docuit vers. 18. seqq.* Nec verò Christum crucifixum sese sibi in exemplum patientiæ propoluisse hîc docet, sed crucem & mortem Christi materiam fuisse præconii sui Evangelici inter Corinthios, testatur: etsi suam ἀδυναμίαν non diffiteatur, in quâ suum peregerit officium. Quâ voce non dolorem ex rebus adversis innuit, sed virium suarum infirmitatem, quam in comparatione ad officii sibi commissi magnitudinem humiliter agnoscit: unde in timore & tremore multo, intuitu suæ inhabilitatû id exequebatur: quod tamen non sine insigni παρρησίᾳ intuitu divinæ παραστάσεως peregit. Nihil hac faciunt metus & timor ob pericula: ubi de modo docendi, & officium suum expediendi, non verò de passionibus ob officium sustinendis agitur.

Objectum
præconii E-
vangelici.

V. 4. καὶ ὁ λόγος μᾶ, καὶ τὸ κήρυγμα

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

86 Sermones mei, tum privati tum publici. Nam κηρύσσειν est
 87 multis dicere Matth. X. 27.

88 ἐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις.

89 Πειθοῖς Græcum non esse multi notarunt: nec adeò Ciliæ A-
 90 postolus, ut vocem nusquam lectam usurparet. Legendum πειθοῖς
 91 sicut infra 13. ἐν διδακτοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις. Intelligit eos
 92 sermones, quibus uti solet humana sapientia. Syrus legit ἐν πειθοῖ
 93 & λόγων sensu non malo: quomodo legit & Eusebius, & viderit
 94 legisse Origenes Philocalia cap. XVI. 1. sed quod dixi præfero,
 95 Quod de Demetrio dicit Seneca, multò justius de Apostolis dici
 96 potest, fuisse eos eloquentiæ ejus quæ res fortissimas deceat, non
 97 concinnatæ, nec in verba sollicitæ, sed ingenti animo prout impe-
 98 tu tulit res suas prosequentis. Hippodamus libro de Republica:
 99 χρεῖσθαι δὲ τῷ λόγῳ πολιτικῷ καὶ σεμνῷ καὶ σικεῖω τὰς διαθεσίας
 100 τῶ λέγοντος, ἀλλὰ μὴ προσωπιτῶ· ἔτω γὰρ ἡ λέξις ἐσείται τὸ ἦθος
 101 τῶ λέγοντος ἐμφαίνεσθαι.

Non concedenda Philologo in S. literis ea crisis, ut citra au-
 102 roritatem ullius Codicis sibi fingat novam lectionem, & pro πει-
 103 θοῖς substituat πειθοῖς. Beza ob locum Eusebii in initio Evangelicæ
 104 præparationis, & versionem Syriacam præfert illud ἐν πειθοῖ: sed
 105 quid obstat vocem πειθοῖs adhibitam pro πειθανὸς ab Apostolo,
 106 etsi aliàs in Græcis autoribus non legatur?

107 ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως.

108 Habent Mathematici suas ἀποδείξεις: habet Aristoteles su-
 109 as. At quantum major illa per tot actanta miracula? Genitivus
 110 subsequens hic instrumentum denotat: voce πνεύματος, videtur
 111 significare prophetias, voce δυνάμεως sanationes.

112 v. 5. ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ἦ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων

113 Ne fides vestra nasceretur ex humanâ eruditione.

114 ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ.

115 Sed per eximiam Dei potentiam, quò major scilicet ipsi ho-
 116 nor & gratia habeatur. Vide supra I. 17. Justinus in colloquio
 117 cum Tryphone de Prophetis loquens: ἀνωτέρα πάσης ἀποδείξεως
 118 ὄντως ἀξιόπιστοι μάρτυρες τῆς ἀληθείας. Origenes in Philocalia:
 119 εἰ γὰρ αἱ καθημαξυμέναι τῶν ἀποδείξεων οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἀνθρώποις
 120 ἐναπο-

AD I. COR. CAP. II.

ἵνα πικρῆται τοῖς βιβλίῳ κατήχουσαι τῶν ἀνθρώπων ἢ πίστεϊ ἡμῶν ἢ
 εὐλόγῳ ἀν' ἐπελαμβάνειτο ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων καὶ ἢ ἐν δυνάμει
 Θεοῦ &c.

Per ἀπόδειξιν πνεύματι & καὶ δυνάμει non Prophetiæ quæ Quid ἀποδει-
 per se nullam ἀπόδειξιν adferunt, nec sanationes vel alia miracula ξις πνεύματι
 designantur, quæ extrinseca sunt verbo, sed intrinseca verbi vi & ef- tos?
 ficacia: Verbum enim Dei Spiritus est & vita, Joh. VI. 63. & potentia
 Dei Rom. I. 16. vivum & efficax, Ebr. IV. 12. per quod demonstrat se
 Spiritus convincens corda, eademq; convertens ad Dominum, a-
 deoq; virtus divina sese exerit: ut quicquid fructus redundat è
 verbi præconio, non virtuti svadæ humanæ sapientiæ, sed de-
 monstrationi Spiritûs & virtutis, aut spiritualis virtutis, si per he-
 dyaden explicetur, quæ per verbum exeritur, tribuendum sit. Quo
 pacto luculentius constat, fidem nostram non sapientiâ, aut elo-
 quentiâ humanâ, sed virtute divinâ in solidum nitî, eiq; acceptam
 ferendam esse, q. d. ut rectè B. Baldains, ideò abstinui à Philoso-
 phorum argutiis, ut & rhetorum fucis, ne efficaciam verbi inter vos præ-
 dicati abscribatu externis illis rebus, quæ in solidum debetur Spiritûs
 sancto.

P A R S II.

Sapientia Verbi Evangelici, ejusq; à sapientiâ mundi
 distinctio.

v. 6. σοφίᾳ δὲ λαλῶμεν ἐν τοῖς τέλειοις

Ea dicimus quæ plena esse sapientiæ judicabunt veri ac pro-
 bi Christiani. Ii enim τέλειοι ut diximus Matth. V. 48.

Perfecti dicuntur renati non ob perfectionem legalem vel probi-
 tatem, sed ob perfectionem Evangelicam, non inhaerentem, sed imputa-
 tam: nam licet contendere etiam ad sanctitatem perfectam jubea-
 mur, Math. V. 48. non tamen eam in hac imperfectione assequi-
 mur, sed illic demum, ubi id quod ex parte est, cessabit, & succedet τὸ
 τέλειον I. Cor XIII. 10. Conf. Phil. III. 15. B. Baldains, perfectos
 inquit, vocat, pro statu hujus sæculi, gnaros articulorum si dei, incorru-
 pto iudicio præditos, & fidem habentes sermonibus Dei, & sic opponitur hæc
 vox rudioribus, incredulis, corruptis, qui in doctrinâ Christianâ adhuc
 omni non sunt hospites: quæ sensu accipitur Phil. III. 15. Hebr. V. 14. Ita

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

etiam Augustinus interpretatur tract. 9. quest. 8. in Joh. Hos ait idoneos sapientiae divinae auditores esse, qui ad consuetudinem Spiritus Sancti as-
 (vesciti, iudicio rationis in rebus divinis non moventur.

66 v. eod. σοφία δὲ ἐστὶ αἰώνος τε τὸ
 66 Non illam Physicam, de qua & supra I. 20.

66 ἔδὲ τῶν ἀρχόντων τὸ αἰὼν ὄτῃ τὸ
 66 Politicam cui adherent juris prudentia & historiarum cogni-

66 tio. Illam subtilitatem distinctionis disciplinarum Physicae & Politicae non sectatur hic Apostolus, sed sapientiam seculi, & prudentum seculi dicit, quae a filiis seculi aestimatur, Luc. XVI. 8. quaeque in illis, qui prudentiam mundi, quae in mundo valet, excellunt, ac Principes in seculo habentur. Quis est tunc vera quidem illa sapientia, quae ex lumine naturae habetur, sed quae circa res seculares tantum occupa-
 66 tur, & cum hoc seculo interit; tunc etiam sapientia ψευδώνυμος, quae mundo se attemperat, & rationi statim, & in pretio habetur penes mundanos: utraq; maximè a sapientia divina in mysterio abscon-
 66 ditam differit, sed haec eidem etiam κατὰ μέτρον adversa est. Ejus-
 66 modi ἀρχόντες erant Principes Pharisaorum inter Iudaeos Luc. XIV. 1. & alibi.

66 τῶν καταργουμένων.

66 Quae nunc sunt imperia, non minus peribunt, quam illa fi-
 66 gurata per statuam Daniels II. 44. Virgilius I. Georg. II.

66 Non res Romana perituraeque regna.

66 Non de interitu imperiorum, sed de destructione prudentum secu-
 66 li, cum sua prudentia, agit Apostolus, ei que opponit aeternam verbi
 66 divini sapientiam, Es. XL. 8. per quod ab interitu liberantur fi-
 66 deles, & aeternam consequuntur vitam Job. IIX. 51. I. Job. II. 17.

66 v. 7. ἀλλὰ λαλῶμεν σοφίαν Θεῶν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμ-
 66 μένην.

66 Inversa locutio pro τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ quae diu
 66 in arcano recondita fuit. Vide Rom. XVI. 25. & Eph. III. 4. 5. 9.
 66 μυστήριον ΝΙΓ & ΙΙΓ, ut apud Danielem aliquoties.

66 ἢ προώρυσεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων.

66 Ante multa tempora, ut dicitur dicto Romanorum loco. Rectè
 66 ante multa tempora: nam praefiguratum hoc non tantum in
 66 Abra-

AD I. COR. CAP. II.

Abrahamo, & Melchisedeco, sed & in Noë, & Enocho, & Abele.

Sapientia enim Dei in mysterio τῆς χάριτος Eph. III. 4 quod ceterum magnum pietatis mysterium celebratur 1. Tim. III. 15. verè est abscondita, quòd rationem omnè lateat, nec extra revelationem divinam ulli pareat: nec definita tantum ante multa tempora dicitur, nedum solum per *præfigurationem* in quibusdam Patriarchis adumbrata, sed *prædestinata* quidem πρὸ τῶν αἰώνων, id est, ante secula, vel ab æterno; patefacta verò statim post lapsum in ipso Prot. Evangelio Gen. III. 15. ac porro in exegericis ejusdem promissionibus, typisq; illustratoriis sub Vet. Test. tum imprimis in Evangelicis concionibus in Novo Testamento: adeoq; per Scripta pariter *Prophetica & Apostolica*, Rom. XVI. 26. Modus autem illè salutis, quem Evangelium luculenter exposuit, ab æterno à Deo definitus fuit.

vers. eod. εἰς δόξαν ἡμῶν

Ad maximum honorem nostrum, quos donis supra omnes Prophetas ornare voluit.

Per δόξαν intelligit non honorem quendam excellentiæ temporalis, quem dona ministrantia pariat, sed gloriam vitæ æternæ: quia sapientia hæc verè est salvifica, & in eâ vita æterna consistit, Joh. XVII. 3. Neq; verò nostra est hæc gloria sensu exclusivo, quasi Prophetarum non sit, sed nostram dicit Apostolus sensu appropriativo, quia quilibet eam cetera suam sibiq; propriare potest, utpote quæ omnibus eo fine divinitus est proposita.

v. 8. ἢν εἰς τῶν ἀρχόντων τῆς αἰῶνος τὰς ἐγνώκειν.

ἢν nampe σοφίας. Cùm autem dicit ἀρχοντας non intelligit minores illos magistratus, qualis Nicodemus & Josephus Arimathensis, sed illos præfulgentes, quales Pilatus & Herodes ac Cæsares: & intra Judæos Caïphas & Annas.

Quòd Nicodemus & Josephus hinc non comprehendantur, non inde est, quòd solum præfulgentes Magistratus designet Apostolus: nam etiam inter tales non pauci divinam sapientiam cognoverunt, ut exemplo Christianorum Imperatorum, Regum, & Principum constat, sed quòd *Principes hujus seculi*, qui tantum seculo

ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

culo praesenti dediti sunt, τὸ μέλλοντος αἰῶνος rationem non habent. Nam neminem Principum hujus seculi, quantumvis sapientiam vel potestate mundanâ etiam pollent, cognoscere sapientiam Dei salvificam, Apostolus disertè testatur. Exempli tamen loco peculiari eristi Pilatum, Herodem, Caipham, & Annam, ex iis quæ subjiciuntur, apparet.

“ vers. eodem: εἰ γὰρ ἔγνωσαν.

“ Si penitus pernoscent Dei destinata in hac re.

“ εἰ δὲ τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐστίνωσαν.

“ Non credibile est eos cruci addicturos fuisse, aut instigatione suâ, ut sacerdotes; aut decreto, ut Pilatus; aut consensu, ut Herodes, eum quem Deus esse vult omnium judicem. Nam gloria Christi illa nunc diem maximè respicit 1 Petr. IV. 13. Tertullianus adversus Marcionem III. Scriptura quæ interemptibilem Christum edicentes utiq; & ignorabilem affirmant: nisi enim ignoratus, nihil scilicet pati posset. Crucifixisse dicuntur etiam qui assensum præbuerunt Act. II. 36. IV. 10. Non excusat eos illa ignorantis: satis enim res magnas fecerat Christus, ut quid afferret inquirerent: cetera si discendi & benè agendi fuissent cupidi, ab ipso percepturi. Christus Κύριος & δόξης præfiguratus per arcam, quæ סלך הכבוד Psalm. XXIV. 9.

Quomodo

Christus Dominus gloriae?

Christus non dicitur Dominus gloriae modò ob judicium, quod in glorioso illo die instituet, sed ob veram Deitatem; uti Deus gloriae vocatur Act. VII, 2. quia est Deus ille benedictus in secula super omnia Rom. IX. 5. cujus est honor, & gloria & fortitudo Ap. V. 13. cujus divinam gloriam celebrant & venerantur Angeli & Seraphim Es. VI. 3. Joh. XII. 41. Quam divinam gloriam in novissimo die exercere in judicio sive absolutorio fidelium sive condemnatorio infidelium minimè posset Christus, nisi verus Deus esset, ad quod omnino divinam omniscientiâ & ἀπεριοριστία, ut & divinam virtute ac potestate opus est. Non agnoverunt autem Christum verum Deum, Dominum gloriae, sed merum, eundemq; valdè vilem & abjectum hominem habuerunt, qui eundem cruci affixerunt: quia si agnovissent, ausi non fuissent eundem aggrèdi, nedum occidere. Conf. Disputationes, quas Christus cum Judæis de eo habuit Joh.

Joh.

AD I. COR. CAP. II.

Joh. V. & X. Capp. De cætero agnoscimus, Christum non solum respectu nature divine, sed etiam respectu humane nature Dominum glorie esse, siquidem gloria, quæ ipsi ut Deo propria est, humane nature communicata sit: nec solum respectu persone, sed etiam respectu officii; quia Rex gloriæ est & Judex quem in gloriam Patris verè immensam venturum credimus ad judicium novissimum *Math. XXV. P* æ figuratim autem eundem fuisse per arcam fœderis, ut Dominum gloriæ, nusquam dicitur, neq; *רַבְּכֹהֵן הַיְהוָה Psal. XXIV. 10.* nomen est arcæ fœderis, sed Messia. Quia eundem Dominum gloriæ, quem Dominum virtutum, Dominum fortem & potentem, Dominum potentem in prælio vocat Hieropsaltes: quæ arcæ non conveniunt, sed Domino, qui se ad arcam manifestabat.

v. 9. ἀλλὰ καὶ ὡς γέγραπται.

Evenit scilicet: qualis ἔλλειψις supra I. 31. sed in manuscripto non est ἀλλὰ, & sic quoq; satis coheret sensus. Illi non noverunt, quia Deus talia non revelat nisi se amantibus, id est, inquirentibus.

ἃ ὁ Θεὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαι ἀνθρώπων οὐκ ἀνέβη ἢ ἠτόμασιν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν.

Sensus quidem est apud Esaiam LXIV. 4. ubi Græci: ἀπὸ τῶν αἰῶν ὁ Θεὸς οὐκ εἶδεν, εἶδὲ οἱ ὁ Θεὸς αἰῶν ἡμῶν εἶδον Θεὸν πλην σῶ, καὶ τὰ ἔργα σου ἀποιήσεις τοῖς ὑπομένουσιν ἔλεον. Quæ verba etiam Rabbini de vitâ alterâ exponunt sensu arcaniore: sed eum ipsa verba, quibus hîc utitur Paulus, existisse in Apocryphis Eliæ tradat Origenes. Hieronymus ad Pammachiû de optimo genere interpretandi, Zacharias Chrysolopolitanus, & Gregorius Syncellus, credibile omninò est, deprompsisse hoc Paulum ex scriptis Rabbiorum, qui ea habuerant ex traditione veteri: de quo genere dictorum vide quæ attulimus ad *Matt. XXVII. 9.* Multos veteres libros periisse dicit hoc loco Chrysostomus. Manuscriptus pro ἠτόμασιν. habet ὅσα ἠτόμασιν. καρδία Hebræis pro toto animo dicitur. Et ascendere in cor, *Jeremiæ III. 16.* & sibi, est, quod Latinis in mentem venire. Non alienum ab hoc loco Philonis illud libro de Abele & Caino: τίς γὰρ ἀνθρώποις ἰκανὸς τὴν πρὸς τὸν ὄντα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ψυχῆς πείλαι κατανησσαι: εἰδ' αὐτὴν οἶμαι τὴν τὸν ὑπομένουσαν εἰδέναί τὴν ἑλπίωσιν αὐτῆς, ἅτι κατ' ἐκείνου τὸν χρόνον ὄπισθεν ζῆσαν. τῶ γὰρ εἰς πύχον συμβεβληὶ Θεὸς ὡς ἂν μελλεὶ χαρίζεσθαι, ἢ χρῆται.

B

Quid

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Quid de his Grotianis, & allegatione Apostolicâ in univer-
sum habendum, diximus in *Bibliis Illustratis* U.T. ad locum *Es.*
LXIV.6. quæ hîc conferri poterunt. Preparasse autem DEUS
dicitur sapientiam & mysteria illa abscondita, quæ oculus non
vidit, auris non audivit, quæq; non ascendunt in cor hominis, *ex-*
pectantibus eum *Es.* *LXIV.4.* ex amore sc. Christi, & desiderio adven-
tus ejus, quia plenâ omnium revelationē N. T. tempori, vel plenitu-
dini temporum reservavit, quâ idem ille in quo omnia salutis
mysteria, omnia quæ ab æterno DEUS pro infinitâ suâ sapientiâ
προῶρισεν εἰς δόξαν ἡμῶν, Jesus noster ea provehere, & exequi de-
buit: quæ *ὁμολογούμεως μέγα μυστήριον τῆς εὐσεβείας* complecti-
tur *I. Tim. III.6.* Quamquam enim etiam ab illis qui non requirebant
eum, inventus sit Dominus *Es.* *LXV.1.* quod ad gentes pertinet, ta-
men inter eos, qui è populo DEI expectabant Servatorem mundi,
sefe ante omnia manifestare voluit, illisq; revelata primum est
γνώσις σωτηρίας *Luc. I.77. c. II. 25. 38.* quam cognovisse etiam Prin-
cipes seculi poterant, ac debebant, qui vero consilium DEI de
salute ipsis propositū contemnebant *Luc. VII. 30.* Quæ imprimis
per Spiritum Dei patefacta est Apostolis, *I. Cor. II. 10.* utpote per
quos fieri debuit *Φωτισμὸς τῆς γνώσεως τῆς δόξης τῆ θεῶ ἐν προση-*
πῶ Ἰησοῦ Χριστῷ *2. Cor. IV. 6.* Quo de *vid. Estius. in not. ad h. l. lau-*
datus in annot. nostris ad locum Esaiianum.

“ v. 10. ἡμῖν ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τῆ πνεύματι αὐτῆ.

“ Id est, per illum spiritum qui Christo fuit adunatus. Vide

“ quæ dicta *Marc. II. 8.* & *Rom. I. 14.* Apertit DEUS nobis, inquit

“ Apostolus, per Christi spiritum futurum esse iudicium universa-

“ le, quod Christus sit exerciturus, & quâ normâ, & quo exitu. In

“ Manuscripto non est αὐτῆ.

Cur non intelligatur receptiori Scripturæ usu potius Spiri-
tus S. *tertia persona S. Trinitatis*, cui opus revelationis ad articulum
fidei referri, qui est de sanctificatione, pertinens, ascribitur, quàm di-
vina Filii Dei natura? Nam & Spiritus Sanctus *Spiritus* modò Dei,
modò *Filii DEI* dicitur, utpote qui ab utroq; *Patre* sc. & *Filio* pro-
cedit. De *iudicio universali*, ejusq; normâ & exitu hîc sermo-
nem esse, nullo iudicio constat: ideoq; ad vitam potius æternam,
vel bona quæ preparata sunt fidelibus DEUM diligentibus hæc
communiter referuntur: de quo verò quæ l. c. in *Bibl. Illustr.* con-
ferantur.

τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βᾶθρα τῆς Θεῆς.

Idem sensus qui Joh. I. 18. VI. 46. VIII. 19. 38. X. 15. 30. XIV. 7. 9. τὰ βᾶθρα consilia diu occultata Rom. XVI. 15. & supra 7.

Loca illa aliena hîc sunt, non ἑτέτερα: nam de ὁμοσία Filii cum Patre agunt, aut de omniscientiâ Filii: hic verò, uti diximus, de omniscientiâ Spiritus S. sermo est, unde ex hoc loco Deitatem Spiritus S. Patres contra Pneumatomachos evicerunt.

v. 11. τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τῶν ἀνθρώπων εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τῶν ἀνθρώπων;

Principum abditos sensus quis novit nisi ipse Principis animus? Nihil opus illo ἀνθρώπων & abest in Manuscripto.

ἔγω καὶ τὰ τῆς Θεῆς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τῆς Θεῆς.

Arcana Dei nemo novit nisi ipse Spiritus Dei, qui Prophetis ex particulâ, Christo verò perfectissimè datus est. Pro οἶδεν in Manuscripto est ἔγνω, pari sensu.

Si de illo Spiritu, qui Prophetis datus ex parte, Christo autem ἑκ κτῆ μέτρον, sermo est, non ergò de divinâ naturâ sed de Spiritu S. hîc agitur. Sibi ipsi itaq; adversus est Grotius.

v. 12. ἡμεῖς ἢ τὸ πνεῦμα τῆς κόσμου ἐλάβομεν.

Non ab humano ingenio profecta sunt ea quæ dixit Christus.

Aliena interpretatio. Non de iis quæ Christus dixit, aut qualem Spiritum Christus acceperit, sed de se, aliisq; Apostolis, & discipulis Christi loquitur Apostolus: nec in eo est, ut doceat, non ab humano ingenio profecta esse, quæ Christus aut Apostoli dixerunt, sed ut discrimen inter Spiritum mundi, & Spiritum quo regebantur Apostoli, explicet, uti divinam sapientiam à mundanâ distinctissimam esse, docere inciperat.

ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τῆς Θεῆς.

Spiritus ille qui nostrâ causâ in homine Christo fuit, est ipseus Dei velut portio & instrumentum.

Spiritum Sanctum quo Christus secundum humanam naturam nostræ redemptionis causâ unctus est, Dei portionem velut esse, & instrumentum, abhorret ab ὑπενόησει τῶν ἐγκαινόντων λόγων. ἐκ τῆς Θεῆς dicitur, quia ex essentiâ Dei procedit, uti Filius ex essentiâ Patris genitus est: quæ ἐκ προέσεως interna est: uti etiam Spiritus Dei hîc dicitur, quæ madmodam spiritus, qui in homine est, hominis spiritus est, cum quo confertur in præsentî. Eiusdem cum Patre est essentiæ, idem cum Patre verus & æternus Deus: Non ergò quæ-

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

dam Dei Patris portio: non instrumentum ejusdem. Quæ τῆ ὁμοσία & divinæ naturæ Spiritûs S. haud conveniunt: de quo in Anti-Orellio nostro.

“ ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τῆ Θεῆ χαρισθέντα ἡμῖν

“ Ut certò noscamus, non fluctuante conjecturâ, ea quæ Deus nobis dedit, id est, dare decrevit. Est enim μετωνυμία qualis Ephes. I. 4. II. 6. 2. Timoth. I. 9.

“ v. 13. ἀκατάλαττο.

“ Quæ etiam ex Christi præceptis omnibus populis annunciamus.

“ ἐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις

“ Non eo sermone quem docuit humana eruditio.

“ ἀλλὰ ἐν διδακτοῖς πνεύματι ἁγίῳ.

“ Sed eo sermone quem docuit sanctissimus ille Christi Spiritus. Bis hîc habemus διδακτοῖς cum genitivo causam significantem: qualis locutio est apud Joh. VI. 45. In Manuscripto non exprimitur ἁγίῳ, nec opus.

“ πνευματικῶς πνευματικὰ συγκρίνοντες

“ Exponentes ea quæ Prophetæ Spiritu Dei a se dixere, per ea quæ Christus suo Spiritu nobis aperuit. συγκρίνειν est ἡ ἐκ προ-
“ mere. Genes. XL. 8. 16. 22. XLI. 12. 13. 15. Daniel. V. 13. 17.
“ Quod ἐπιλύειν Gen. XLI. 12. & inde λύσις Ecclesiastæ VII. 30.
“ quod σύγκριμα Dan. II. 25. IV. 15. V. 28. & σύγκρισις in eodem
“ Dan. II. 4. 5. 6. 7. & alibi sæpè. Prophetia enim non est ἰδίας ἐπι-
“ λύσεως 2. Petr. I. 20.

Est nimis restricta τῶν πνευματικῶν explicatio: non enim ea tantùm convenienter seu exponenda sunt, seu dijudicanda, quæ Prophetæ dixere, sed etiam ea, quæ dixere ipsi Apostoli, quomodo Berrhoënse ea dijudicasse dicuntur, quæ Apostolus prædicavit, Act. XVII. 11. ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχει τὰυτὰ ἕτως. Si omnino expositionis sensus hîc locum habeat (in quo non repugnamus) collatione tamen & comparatione spiritualium cum spiritualibus opus est: uti mutuò sese explicant Scripturæ, tum Veteris & Novi Test. ut illud quidem imprimis ex hocce, quandoq; tamen etiam, vice versa, hoc ex illo declaretur, & partes etiam Veteris Testam. ex aliis ejusdem partibus (quod similiter de Novo Test. habendum) exponantur: nam ab eodem omnia profecta sunt Spiritu. Non

pe

Quid hic σύγκρισις?

de se & Apostolis solùm loquitur Apostolus, sed de omnibus qui Spiritum Dei accepere. Id si observasset Grotius, cum aliis heterodoxis Scripturæ scrutatoribus, non sanè Scripturas è profanis autoribus, sed è Scripturis unicè exposuisset, πνευμαλικῶς πνευματικὰ συγκρίων. Beza illud συγκρίωντες mavult reddere conjungentes, seu adaptantes, quod verò obicurius esse ait Pareus, exponens: conferentes vel coaptantes spiritualibus rebus spiritualia verba; siquidem meritò spiritualis doctrina spirituali dictionis genere tradi debeat. Quò etiam abit B. Balduini explicatio: q. d. Doctrinam Spiritus sancti non decet, ut qualitercunq; persuadeamus auditoribus, ornatu verborum & figurarum, quibus non tam doctrinæ quàm doctore autoritas conciliatur: Sed ut res veræ & bonæ, verè etiam ac perspicuè proponantur, quo non tam orationi aut oratori, quàm rebus propositis & argumentorum robori attendatur: & hoc est spiritualia spiritualibus attemperare: Quæ ratio dicendi oratoribus secularibus insolens est, quemadmodum & ipsa res sapientibus hujus seculi ignotæ. Similiter B. Hülsemannus, laudans in eam sententiam etiam explicationem Salmeroni, Justiniani, Cornelii à Lapide, ut & Belgarum, Anglorum, Genevensium, Calvinii, Musculi, Beza, etiam Photinianorum de rerum & verborum analogiâ interpretantium.

v. 14. ψυχικὸς ἄνθρωπος

Non idem est ψυχικὸς ἄνθρωπος & σαρκικὸς. ψυχικὸς est qui humana tantum rationis luce ducitur: σαρκικὸς qui corporis affectibus gubernatur: sed plerumq; ψυχικοὶ aliquâ in parte sunt σαρκικοὶ ut Græcorum Philosophi scortatores, puerorum corruptores, gloriæ aucupes, maledici, invidi. Verùm hîc nihil aliud designatur quàm homo humanâ tantum ratione nitens, quales erant Judæorum pleriq; & Philosophi Græcorum. Judas in epistola ψυχικὸς explicat, πνεῦμα μὴ ἔχοντας. Hierocles ψυχικὸν σῆμα vocat quod mox explicat τὸ ζῶικόν.

Discrimen quoddam inter ψυχικὸν & σαρκικὸν faciles admittimus, ratione formalis significationis, sed materialiter conveniunt, cum de hominibus in statu peccati sermo est: in quo omnes ψυχικοὶ, non tantum ex parte, vel nonnulli sunt σαρκικοὶ: quia qui humanæ tantum rationis luce gaudent, non verò ex Deo renati sunt, nec Spiritu Dei ducuntur, carnales tantum sunt: Et tales non erant Judæorum solum pleriq; & Philosophi Græcorum, sed

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

tales omnes sunt homines *extra gratiam Christi, & illuminationem Spiritus S. vi corruptionis originalis, quæ & privationem veræ notitiæ, cum tenebris errorum mentis, & concupiscentiam propendentem in omnis generis peccata infert.* Tale *ἄνοιαν* Hierocles non intelligit. *Arminiani stuporem & impotentiam hominis ψυχῆς* de solâ parte sensitivâ leu inferiori facultate exponunt: in Apol. c. XI. Sed *intellectus* non pertinet ad facultatem sensitivam, ideò re-
 Etius alii de eis, qui solum *naturale iudicium* sequuntur, *Salmero, Cornel. Justinian. Belgæ* exponunt. Conf. *Jac. III. 15. Jud. v. 19.*

“ ἡ δὲ ἄνοια τὰ τῷ πνεύματι τῷ Θεῷ.

“ Non intelligit ea quæ per Prophetas sunt prodita: quippe
 “ quæ ne ipsi quidem Prophetæ satis intellexerint. Capere, hîc est,
 “ quod mox *γινώσκειν*, intelligere.

Τὰ τῷ πνεύματι τῷ Θεῷ sunt *mysteria divina, vel res fidei, quæ à Spiritu S. non per Prophetas tantum, sed etiam per Apostolos tradita.* Etsi autem Prophetæ non adeò plenè fortassis ea quæ prodidère, intellexerint, uti à nobis ea intelliguntur, non tamen instar *Cajaphæ* aut *asina Bileami* loquuti sunt, citra intelligentiam, aut citra verum dictorum sensum. *Spiritus enim Christi, qui in ipsis erat, scrutatus est ea quæ futura erant.* 1. Petr. I. 11. perperam autem *Papiste*, ut apud *Bellarminum* l. III. de grat. & liber. arbitr. c. 3. videre est, hæc tantum de assensu explicant, quòd homo animalis facultate ratibabendi vel assentiendi destituatur, non facultate cognoscendi spiritualia: quum Apostolus notanter verba *notitiæ* adhibeat, *1. Cor. v. 11. 12. & v. 14. γινώσκειν*, ac v. 15. *ἔγω*, ac palàm Pontificiis contradicat: ἡ δὲ *ἄνοια* γινώσκειν: NON POTEST i-telligere. Quapropter sententiam Apostoli in præsentī loco rectè asseruère Patres in Concilio Milevitano, & in iis *Augustinus*, de utraq; nempe *impotentia, & cognoscendi & suscipiendi, vel amplectendi spiritualia*: quam etiam approbat *Cælestinus Papa ad Episcopos Gallie* Ep. c. 10. Vid. *Michaël Bajus de liber. arbitr. c. 10. & Vossius* l. IV. Hist. Pelag. part. 2. p. 449.

“ *μωρία γὰρ αὐτῶν ἐστίν.*

“ Id est, quasi stultorum voces nihil significantes. Tale erat
 “ *Esaiæ vaticinium Æthiopi* Act. II. 31.

Æthiopis exemplum minùs congruit. Etsi enim is individuum illud, quod erat *Mesias, Iesum Nazarenum* ignorârit, neq; de loco *Esaiæ* c. LIII. satis informatus fuerit: non tamen *μωρία* illi erant

'AD I. COR. CAP. II.

erant verba Prophetæ, & præcatechizatus jam de Christo è Prophetis erat, ceu profelytus, ut Irenæus de ipso habet l. IV. c. XL. De loco autem præsentis Apostolico contra Pelagianos & Pelagianizantes, imprimis Socinianos & Arminianos diximus uberius in Exegem. Aug. Conf. artic. V. c. 3. th. 5.

ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται.

Ut dijudicaretur verus eorum sensus, opus est novâ & apertiori revelatione: qualis per Christum contingit. Ἀνακρίνειν est vox forensis Act. IV. 9. XII. 19. Et solet transferri ad examen doctrinæ Act. XVII. 11. infra XIV. 24. Et sic vertitur ἤρηβραῦμα Hebræum.

Ad dijudicationem sensus Scripturæ de rebus credendis vel perceptionem mysteriorum Dei haud opus est novâ revelatione, quod aliâs Sociniani intendunt, quia Scriptura per Scripturam explicari potest. Alioquin ad perceptionem eorum quæ à Christo & Apostolis tradita sunt, novâ iterum revelatione opus foret. Nec ad novas revelationes in rebus fidei remittimur: sed ad Scripturam S. per quam Deus informat Ecclesiam, non vero ἀμέσως per visiones, aut illuminationes, quales jaçtitant novelli Prophetæ, & fanatici.

v. 15. ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μετὰ πάντα.

In Manuscripto, ἀνακρίνει τὰ πάντα. Qui multâ à Christo luce imbutus est facile judicat de sensu Prophetarum. Potest de eo optimo jure dici, quod alio sensu dicit Aristoteles Eth. III. 15. ἡ σπυδαῖος ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς.

αὐτὸς ἢ ὑπ' ἑδενὸς ἀνακρίνεται.

A nemine judicari, id est, refelli potest: ut Stephanus Act. IV. 10. Causa sequitur:

v. 16. τίς γὰρ ἐγνώκεν Κύριον, ὃς συμβεβήσκει αὐτόν;

Ex Es. XL. 13. ubi in Græco: τίς Κύριον ἐγνώκεν, καὶ τίς αὐτῷ σύμβουλος ἐγένετο; Quomodo & Paulus citavit eum locum Rom. XI. 34. Deus ante Christi tempora neminem admisit ad arcana sua pertranscenda, sicut reges admittere consiliarios quosdam solent. συμβεβήσκειν est instituire, edocere, ut vidimus Act. IX. 22. XVI. 10. hîc verò, non multum remoto significato, est consilium dare, συμβεβήσκειν, σύμβουλον γενέσθαι. Itaq; συμβεβήσκειν & συμβεβήσκειν conjunguntur Esaiæ XL. 14.

ἡμεῖς ἢ νῦν χριστῷ ἔχομεν.

Nos autem novimus Dei consilia, quæ Christo fuere revelata.

Joh. XV.

ANNOTATA AD I. COR. CAP. II.

“ Joh. XV. 15. Quis potest de Dei voluntate certiora adferre quam
 “ ipse DEUS? is autem ea Christo tradidit. Ea igitur qui habet, nullis
 “ Prophetarum allegationibus, nullis Philosophorum ratiunculis sol de
 “ refelli potest. Optimè Ambrosij: Cui magis de Deo, quam Deo credam?
 “ Quod antea in numis, non de solâ Prophetarum scriptorum
 dijudicatione agit Apostolus, quum τὰ πνευματικὰ & latius pateant,
 & τὰ πᾶντα dijudicare hic dicatur ὁ πνευματικὸς: neq; vero con-
 sonat, quod ante Christi tempora nemo admissus fuerit ad arcana Dei
 pernoscentia, nec id negat de se aliq; Prophetis Esaias, sed neminem
 in decretis divinis Deo à consilio fuisse, & inde, è consilio sc. Dei, men-
 tem divinam novisse, ait, ut Dei decreta prorsus esse ἀνευδινύητα, ἢ
 ἀνεξέρευντα, citra divinam revelationem, doceatur: quæ verò re-
 velatio non reservata est ad Christi usq; tempora, sed jam olim
 Patriarchis & Prophetis contigit; etsi interim non diffiteamur,
 clariorem revelationem tempore N. T. à Christo & Apostolis,
 cum Spiritus Sanctus super eos effusus fuit, contigisse, unde
 nos etiam mentem Christi habemus è Scriptis Apostolicis. Non
 enim sibi eam reservarunt, nec eâ fini privatim eandem,
 acceperunt, sed ut propagarent eandem, ceu publici totius orbis
 doctores. Perperam verò hæc, quæ de spirituali omnia dijudicante,
 à nemine dijudicando à Gratiano d. dist. XL. c. Si Papa, & ab ipso P.
 R. Bonifacio VIII. extra de major. & obed. restringuntur ad Pontificem
 Romanum: Sic enim omnes alios oporteret esse σαρκινὰς, aut me-
 ρὲ ψυχινὰς: ut ipse solus habeatur πνευματικὸς, quod absolum:
 ut taceam, quòd nullus tunc Romanus Pontifex in rerum naturâ
 fuerit, cum hæc Apostolus scriberet. Sed bene est: agnoscit ipse
 Gratianus, Pontificem Rom. iudicio exemptum non esse SI A
 FIDE deviet; quod verò & posse fieri hac limitatione idem fate-
 tur, & factam esse in plurimis, cum experientia stultorum ma-
 gistra edocuit abundè, tum verò scripta de Apostasia Romane Ecclesie
 à Nostris Theologis edita satis confirmarunt, Cæterum spiritua-
 lis est omnis, qui à Spiritu S. illuminatus sensum Scripturæ ve-
 ram, & rectum iudicium habet discernendi verum à falso, vel δὲ
 τὰ μὴ ἀκριβῆναι: qui à nemine iudicari potest, nempe qui anima-
 lis tantum sit. Spirituales enim sese mutuo dijudicare omninò
 possunt; & Prophetarum spiritus Prophetis subiecti esse debent 1. Cor. XIV.
 32. & omnia probanda sunt fidelibus 1. Thess. V. 21. ne credant
 omni Spiritui, sed probent Spiritus, num ex D
 sint, 1. Ioh. IV. 1.

S OLI DEO GLORIA.

n
is
le
?
n
r,
-
i
n
-
-
m
r,
i,
le
n
p
is
e,
P.
m
e-
n:
râ
fe
A
e-
a-
ie
a-
e-
b-
a-
nò
V.

05 A 2472


ULB Halle 3
004 545 400



1077







^{I. N. 9.}
IN PRIOREM S. PAULI
AD CORINTHIO

EPISTOLAM
DISPUTATIO PUBLICA III.

EXHIBENS
ANNOTATA AD CAP. II.
PRÆSIDE

Theologo incomparabili,

Perl.
VIRO

Summè Reverendo, Magnifico, Excellentissimo

DN. ABRAHAMO CALOVI

SS. Theol. Doctore consummatissimo, ejusdemq; in Ca
drâ Lutheri Professore Publico Primario celeberrimo, Ecclesiæ Wit
genſis Pastore vigilantissimo, Consistorii Ecclesiastici Adfessore
gravissimo, nec non Circuli Electoralis Saxonici Superin
tendente generali longè meritisſimo,

*D. N. Patrono, Praeceptore ac Promotore, Hospite item ac Evergetâ
summo observantia cultu aeternum colendisſimo,*

RESPONDENTE

MARTINO BERTHOLDO Zitt. Lusato

SS. Theol. Studioſo,

VVITTEBERGÆ

IN ACROATERIO MAJORI AD D. 8. MAJII

Anno cl. DC. LXXIII.

habenda.

Typis MICHAELIS MEYERI.